



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones  
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

7 De pœna peccati.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

pertinet ad bonū virtutem, ad quod tenetur. s. q. reddat alicui iustum est, nam actus iustitia est vt reddatur alicui quod ei debetur: & iō unusquisque cōditor ad hoc tenetur, ut iustam venditionem faciat, non autem vt faciat venditionem liberalem, dimitrens aliquid de pretio iusto. Iustitia autem equalitas quedam est, ut dicitur in 5. ethi. est ergo iusta venditio, quando pretium acceptum ab habente æquatur rei venditæ: iniusta autem si non æquetur, sed plus accipiat. Si ergo vitium rei venditæ faciat rem minus valere quam pretium impositum a venditore, iniusta erit venditio, unde peccat occultans vitium. Si autem non faciat rem minus valere q̄ pretium impositum, quia forte venditor minus pretium imponit propter vitium, tunc non peccat taccens vitium, quia venditio non est iniusta, & forte esset sibi dānosus, si vitium diceret, quia emptor vellet habere rem etiam pro minori pretio quā valeret. Liberaliter tamen faceret, si damnosum proprium contineret, vt satisfaceret voluntati alterius, licet ad hoc non tenetur.

**AD PRIMUM** ergo dicendum, quod per illud dictum legis, non habetur quod licitum sit simplici venditori decipere emptorem, & econverso, sed dicitur aliquid esse licitum secundum legem, quod per legem non punitur, sicut secundum legem veterem licebat libellis repudiari.

**AD SECUNDUM** Dicendum, q̄ precepta legis sunt ducta ad perfectam virtutem, tamen actus perfectæ virtutis non cadunt sub precepto legis humanæ: sed prohibet quedam grauiora, ut gradatim homines retrahat a malis per seiplos ad virtutem exerceantur: permittit autem quedam minora peccata eis penam nō intelligens, quia sine his non facile intentionitur hominum multitudo, & de talibus est deceptio, que est inter vendentes & emētes, quia plurimi sunt qui volunt uili emere, & care vendere, vt Aug. dicit in li. de Trini.

Ad illud vero quod primo in contrarium obicitur, dicendum quod illud intelligendum est, quā moribus peccoris facit pecus minus valere quam uendatur.

**AD TERTIUM** Dicendum, q̄ ea ratione Tullius dicit, quia bonus non tacet vitium rei uenditæ, quia ad uitium bonum non pertinet decipere aliquid: deceptio autem non est, si id quod taceretur de re uenditā, non facit rem minus valere quam pretium quod pro eo accipitur.

QVÆSTIO VI.

**DE** INDE quaesitum est de peccatis.

¶ Et circa hoc quaesita sunt duo.

¶ Primo, Vtrum peccatum sit appetere praelationem.

¶ Secundo, Vtrum peccatum sit praelatori habere oculum ad rem temporalem.

ARTICVLVS XI.

Vtrum appetere praelationem sit peccatum.

**AD PRIMUM** sic proceditur. Videtur, q̄ peccatum sit appetere praelationem. Non. n. vt q̄ possit appeti sine peccato id quod non fuit in statu naturæ integræ, sed solum in statu naturæ corruptæ: sed praelatio nō fuit in statu naturæ integræ, sed incipit esse post peccatū, quā dictū est mulieri, Sub uiri potestate eris. ergo peccatū est praelationem appetere.

¶ Præter Appetitus v̄ esse de his quæ pertinent ad statum futuræ gloriæ: sed in futuro cessabit ois praelatio, ut dicit quedam gl. i. ad Corinth. 13. ergo peccatum est appetere praelationem.

**AD SECUNDUM** est, quod dicitur i. ad Tim. 5. Qui bene præsunt presbyteri, duplici honore digni habeantur: sed non est peccatum appetere illud, cui debetur honor, qui non debetur nisi uirtuti. ergo non est peccatum appetere praelationem.

**RESPON.** Dicendum, q̄ hanc quaestionem soluit Aug. 19. de ciui. Dei, ubi dicit q̄ locus superior sine quo populus regi non potest, etiam administratur ut decet, tamen indecenter appetitur, cuius ratio est: quia qui appetit praelationem aut est superbus, aut iniustus. Iniustitia enim est, quod aliquis uelit sibi plus de honore accipere, aut de potestate, aut de alijs bonis, nisi sit maioribus dignus, ut dicitur in 5. ethi. q̄ aut aliquis aestimet se esse magis dignū praelatione omnibus illis, super quos praelationem accipit, superbia & presumptionis est. unde patet, q̄ quicumque praelationem appetit, aut est iniustus, aut superbus, & ideo nullus suo appetitu debet ad praelationem peruenire, sed solum Dei iudicio, secundum illud Apost. ad Heb. 5. Nemo sibi assumit honorem, sed qui uocatur a Deo rāquam Aaron, potest aliquis licite appetere se esse dignū praelatione, uel opera boni praelati, pro quibus debet honor.

Vnde patet responsio ad ultimum. Primum uero duæ rationes non recte concludunt, quia etiam ea que non fuerunt in statu innocentia, nec erunt in statu gloriæ, possunt licite appeti, sicut subijci, penitere, & alia huiusmodi, quamuis praelatio quantum ad aliquid, fuisset in statu innocentia, & futura sit in statu gloriæ: quantum ad superioritatem gradus, & quantum ad gubernationem, uel regimen, non autem quantum ad coactam seruitutem.

ARTICVLVS XII.

Vtrum sit peccatum praelatori habere oculum ad temporalia.

**AD SECUNDUM** sic procedebatur. Vt, quod peccatum sit praelatori habere oculum ad temporalia. Dicitur. n. Luc. 12. Quarite primo regnum Dei. gl. bona aeterna, & hæc omnia adiicietur uobis. gl. etiam non quaerentibus. ergo nō licet praelatori habere oculum ad terrena.

**SED CONTRA** est, quod dicitur i. Cor. 9. Debet qui arat, in sperare. gl. stipendorum temporalium. ergo licet praelatori, de quo ibi loquitur, habere oculum ad terrena.

**RESPON.** Dicendum, q̄ habere oculum ad terrena contingit dupliciter. Vno modo sicut ad mercedem, uel premium, & sic praelatori non licet habere oculum ad terrena, quia sic faceret Euangelium uanale. Alio modo, sicut ad stipendia pro necessitate sustentationis uitæ, & sic licet habere praelatori oculum ad terrena, unde i. ad Tim. 5. super illud. Qui bene præsunt presbyteri &c. dicit gl. Aug. Necessitatis est accipere unde uiuitur, charitatis est præbere: non tamen uanale est euangelium pro his. Si enim sic uendunt magnā rem, uili uendunt. accipiant ergo sustentationem necessitatis a populo, mercedem dispensationis a Domino.

Et per hoc patet responsio ad obiecta.

QVÆSTIO VII.

**DE** INDE quaesitum fuit de penis peccatorum.

¶ Et primo, De ipsis penis.

¶ Secundo, De remissione peccatorum.

Quodlib. S. Tho. B 3 ¶ Cir.

eren  
liref.  
lire.  
pa  
is, ut  
ualit  
nib.  
non  
funt  
pēta  
ibus  
zala  
ntze  
nem  
mo  
nonē.  
gno,  
gi in  
tiam  
ami  
mus.  
Apo  
ostre  
De  
sed  
iuste  
iūri  
ad di  
onita  
zar,  
holus  
ad q̄  
atam  
s. ebe  
id v̄  
endit  
e. & em  
em pō  
tū em  
form  
lectū  
in ph  
bono  
ontari  
cientia  
ciū lesū  
de uito.  
quod ad  
ri illud,  
si autem  
ur dice  
et ad bo  
ficut ad  
ua bona  
d aliquid  
tinet

¶ Circa primum quesita sunt duo.  
¶ Primo, Vtrum anima separata possit pati ab igne corporeo.  
¶ Secundo, Vtrum duorum qui eadem pena sunt digni, unus diutius moretur in purgatorio q̄ alius.

ARTICVLVS XIII.

Vtrum anima separata possit pati ab igne corporeo.

arti. 6. & 4.  
di. 44. q. 3. ar.  
1. 3. d. 3. o. &  
2. 2. ar. 2. o.

**A**D PRIMVM sic proceditur. Videtur, q̄ anima a corpore separata nō possit pati ab igne corporeo, quia secundum Philosophum, quod nō tangit, non agit: sed ignis corporeus non tangit animam separatam a corpore, cū non hēat terminos corporales: q̄ autē se tangunt, habent ultima simul. ergo anima separata nō patitur ab igne corporeo.  
¶ Præter illa quæ patiuntur adinuicem, inuicem cōuerti possunt: sed anima non potest conuerti in ignem corporeum, nec e conuerso. ergo anima nō potest pati ab igne corporeo.  
¶ Præter. Ber. dicit, q̄ nihil ardet in inferno, nisi propria uoluntas: sed propria uoluntas, cum sit quoddam spirituale, non potest esse materia ignis corporealis. ergo anima a corpore separata non potest ab igne corporeo pati.

**S**ED CONTRA est, quod dicitur Isa. ult. Ignis eorum non extinguetur.

**R**ESPON. Dicendū, quod pati multipliciter dicitur. Vno modo, pati communiter dictum idem est recipere, s̄m qd sentire & intelligere est quoddam pati, & hoc modo anima coniuncta corpori patitur a rebus corporeis sentiendo & intelligendo: sed anima separata a corpore possit hoc modo a rebus corporeis pati, alterius quæstionis est propter quosdam, qui dicunt q̄ anima separata a corpore, & est angelus potest accipere cognitionem a reb. sensibilibus: sed si est hæc opinio esset vera, tñ pati sentiendo, & intelligendo est perfici, non puniri, nisi forte per accidens, in quantum id quod sentitur, vel intelligitur repugant uoluntati: sed ipsum sentire, vel intelligere secundum se consideratum penale nō est. Alio modo, dicitur pati proprie loquendo, secundum contrarietatem agentis ad patiens, prout si pati dicimur, cum aliquid nobis aduenit, quod est contrarium naturæ, vel uoluntati nostræ, & secundum hoc infirmitas & tristitia passionibus dicuntur. Et hæc quidem passio dupliciter esse potest. Vno modo, per receptionem formæ contrariæ, sicut aqua patitur ab igne quantum calefit, & per consequens diminiuit qualitas naturalis eius: hoc modo separata anima non potest pati ab igne corporeo, quia nec calefieri potest, nec desiccari, nec secundum formam, aut qualitatem quæcumq; ignis corporei immutari. Alio modo, dicitur pati oē illud quod quocumq; modo impeditur a suo proprio impetu, vel inclinatione, sicut si dicimus lapidē descendente pati, cum impeditur ne deorsum perueniat: & sicut dicimus hominem pati, cum detinetur, vel ligatur ne vadat quouult: & ita per modum ligationis cuiusdā anima patitur ab igne corporeo, ut Aug. dicit 2. de ciuit. Dei. Non. n. hoc est cōtra naturam spiritus corpori alligari, cum uideamus animam naturaliter alligari corpori ad uiuificandum ipsum. Demones ē p necromantiā potestate superiorum dæmonum alligant aliquib. imaginibus, vel aliquib. aliis rebus: vñ multo magis possunt spiritus alligari diuina uirtute igne corporeo, nō ut dent uitā, sed ut accipiāt penā, sicut Au. dicit. Sed q̄ est minoris uirtutis

non potest sua uirtute ligare id quod est maioris uirtutis, inde est q̄ nullum corpus potest ligare spiritum qui est maioris uirtutis, nisi aliqua superiori uirtute: & propter hoc dicitur, quod ignis corporeus agit in animam separatā nō uirtute propria, sed in quantum est instrumentum diuine iustitiæ vindicantis.

**A**D PRIMVM ergo dicendum, quod ignis tangit animam, non quidem tactu mathematico, qui attenditur secundum terminos quantitativos, sed magis contractu uirtutis non propriæ, sed quam habet in quantum est instrumentum diuine iustitiæ.

**A**D II. Dicendum, q̄ rō illa procedit de passione quæ est per susceptionem formæ contrariæ.

**A**D III. Dicendum, quod propria uoluntas dicitur ardere in inferno, quia meretur ardorem.

ARTICVLVS XIII.

Vtrum equali pena puniendi in purgatorio, unus citius possit liberari quam alius.

**A**D SECUNDVM sic procedebatur. Vñ, quod duorum qui sunt digni equali pena, vnus nō possit citius a purgatorio liberari quam alius. Iudicium n. post mortem non est hominis, sed Dei, q̄ s̄m ueritatem iudicat, ut dicitur ad Rom. 2. sed contra ueritatem iudicaret, si uni eorum qui sunt digni equali pena, infingeretur grauior pena sensus q̄ alteri: dilatio autē gloriæ est maior pena, quam accerbitas penæ sensus, quia sicut dicit Chrys. super Mat. carere uisione diuina est maior pena, q̄ quilibet pena sensibilis. ergo vnus eorum q̄ digni sunt equali pena, non maiorem dilationem gloriæ patietur altero citius liberato.

¶ Præter. Malum, secundum Aug. dicitur quia nocet, nocet autem quod adimit bonum: dilatio autē gloriæ adimit maius bonum, s̄m bonum incrementum. ergo maius malum, & sic idem quod prius.

**S**ED CONTRA est, quod magister dicit in 4. sent. di. 45. quod ille, pro quo sunt plura suffragia citius a penis purgatorii liberatur. Contingit autē quod pro uno eorum q̄ digni sunt equali pena, nunquam suffragia q̄ pro alio, ergo vnus citius liberabitur.

¶ Præter. In fine mundi inueniuntur aliqui cremabilia quædam habentes, quorum dilatio a gloria non erit tam diuturna, sicut eorum qui modo cremabilia deferunt ad purgatorium, quia breuis mora erit inter mortem & resurrectionem, ut Aug. dicit. ergo pari ratione & nunc eorum qui equalia cremabilia deferunt, vnus potest minus differri a gloria quam alius, & sic erit citius liberatus a penis.

**R**ESPON. Dicendum, q̄ ista quæstio non datur supra uirtutem suffragiorum, vtrum si suffragia facta pro aliquo, ualeant illi solum pro quo sunt ad liberationem, vel etiam aliis. Circa quod aliqui dixerunt, quod non magis ualent illi quam aliis: imo forte magis ualent aliis, si sint melius dispositi ad recipiendum suffragiorum uirtutem: & ponitur exemplum, sicut si accēdatur cereus in domo pro aliquo diuite qui sit cæcus, illuminat omnes in domo existentes, & forte alios magis illuminat si habeant limpidiorem uisum: & secundum hanc opinionem duorum, qui ob æquales culpas in purgatorio detinentur, vnus non potest citius liberari quam alter. Sed hanc opinionem non reputo ueram, cuius ratio est, quia suffragium unius ualeat alteri pp̄ duo. Vno modo, propter uirtutem charitatis, q̄a oēs qui sunt in charitate, sunt quasi vnus corpus: & ita bonum vnus redundat in oēs, sicut manus

pertinet ad bonū virtutem, ad quod tenetur. *f. q. reddat alicui iustum est, nam actus iustitiae est vt reddatur alicui quod ei debetur: & iō unusquisque cōditor ad hoc tenetur, ut iustam venditionem faciat, non autem vt faciat venditionem liberalem, dimittens aliquod de pretio iusto. Iustitia autem aequalitas quaedam est, ut dicitur in 5. eth. est ergo iusta venditio, quando pretium acceptum ab habente aequatur rei venditae: iniusta autem si non aequetur, sed plus accipiat. Si ergo vitium rei venditae faciat rem minus valere quam pretium impositum a venditore, iniusta erit venditio, unde peccat occultans vitium. Si autem non faciat rem minus valere q̄ pretium impositum, quia forte venditor minus pretium imponit propter vitium, tunc non peccat taccens vitium, quia venditio non est iniusta, & forte esset sibi dānosus, si vitium diceret, quia emptor vellet habere rem etiam pro minori pretio quā valeret. Liberaliter tamen faceret, si damnosum proprium contineret, vt satisfaceret voluntati alterius, licet ad hoc non tenetur.*

**AD PRIMUM** ergo dicendum, quod per illud dictum legis, non habetur quod licitum sit simplici venditori decipere emptorem, & econverso, sed dicitur aliquid esse licitum secundum legem, quod per legem non punitur, sicut secundum legem veterem licebat libellis repudiis.

**AD SECUNDUM** Dicendum, q̄ precepta legis sunt ducta ad perfectam virtutem, tamen actus perfectae virtutis non cadunt sub precepto legis humanae: sed prohibet quaedam grauiora, ut gradatim homines retrahat a malis per seiplos ad virtutem exerceantur: permittit autem quaedam minora peccata eis penam nō intelligens, quia sine his non facile intencitur hominum multitudo, & de talibus est deceptio, quae est inter vendentes & ementes, quia plurimi sunt qui volunt uili emere, & care vendere, vt Aug. dicit in li. de Trini.

**AD ILLUD** vero quod primo in contrarium obicitur, dicendum quod illud intelligendum est, quā moribus peccoris facit pecus minus valere quam uendatur.

**AD TERTIUM** Dicendum, q̄ ea ratione Tullius dicit, quia bonus non tacet vitium rei uenditae, quia ad uitium bonum non pertinet decipere aliquem: deceptio autem non est, si id quod taceretur de re uenditā, non facit rem minus valere quam pretium quod pro eo accipitur.

**QV AESTIO VI.**

**DE** INDE quaesitum est de peccatis.

**¶** Et circa hoc quaesita sunt duo.

**¶** Primo, Vtrum peccatum sit appetere praelationem.

**¶** Secundo, Vtrum peccatum sit praedicatori habere oculum ad rem temporalem.

**ARTICVLVS XI.**

*Vtrum appetere praelationem sit peccatum.*

**AD PRIMUM** sic proceditur. Videtur, q̄ peccatum sit appetere praelationem. Non. n. vt q̄ possit appeti sine peccato id quod non fuit in statu naturae integrae, sed solum in statu naturae corruptae: sed praelatio nō fuit in statu naturae integrae, sed incepit esse post peccatū, qm̄ dictū est mulieri, Sub uiri potestate eris. ergo peccatū est praelationem appetere.

**¶** Praet. Appetitus vt esse de his quae pertinent ad statum futuram gloriae: sed in futuro cessabit ois praelatio, ut dicit quaedam gl. i. ad Corinth. 13. ergo peccatum est appetere praelationem.

**A** catum est appetere praelationem.

**SED CONTRA** est, quod dicitur i. ad Tim. 5. Qui bene praeuēt presbyteri, duplici honore digni habeantur: sed non est peccatum appetere illud, cui debetur honor, qui non debetur nisi uirtuti. ergo non est peccatum appetere praelationem.

**RESPON.** Dicendum, q̄ haec quaestio soluit Aug. 19. de ciui. Dei, ubi dicit q̄ locus superior sine quo populus regi non potest, etiam administratur ut decet, tamen indecenter appetitur, cuius ratio est: quia qui appetit praelationem aut est superbus, aut iniustus. Iniustitia enim est, quod aliquis uelit sibi plus de honore accipere, aut de potestate, aut de alijs bonis, nisi sit maioribus dignus, ut dicitur in 5. eth. q̄ aut aliquis aestimet se esse magis dignū praelatione omnibus illis, super quos praelationem accipit, superbiae & presumptionis est. unde patet, q̄ quicumque praelationem appetit, aut est iniustus, aut superbus, & ideo nullus suo appetitu debet ad praelationem peruenire, sed solum Dei iudicio, secundum illud Apost. ad Heb. 5. Nemo sibi assumit honorem, sed qui uocatur a Deo rāquam Aaron, potest aliquis licite appetere se esse dignū praelatione, uel opera boni prelati, pro quibus debet honor.

**V**nde patet responsio ad ultimum. Primum uero duae rationes non recte concludunt, quia etiam ea quae non fuerunt in statu innocentiae, nec erunt in statu gloriae, possunt licite appeti, sicut subijci, penitere, & alia huiusmodi, quamuis praelatio quantum ad aliquid, fuisset in statu innocentiae, & futura sit in statu gloriae. quantum ad superioritatem gradus, & quantum ad gubernationem, uel regimen, non autem quantum ad coactam seruitutem.

**ARTICVLVS XII.**

*Vtrum sit peccatum praedicatori habere oculum ad temporalia.*

**AD SECUNDUM** sic procedebatur. Vt, quod peccatum sit praedicatori habere oculum ad temporalia. Dicitur. n. Luc. 12. Quarite primo regnum Dei. gl. bona aeterna, & haec omnia adiacentur uobis. gl. etiam non quaerentibus. ergo nō licet praedicatori habere oculum ad terrena.

**SED CONTRA** est, quod dicitur i. Cor. 9. Debet qui arat, in sperare. gl. stipendorum temporalium. ergo licet praedicatori, de quo ibi loquitur, habere oculum ad terrena.

**RESPON.** Dicendum, q̄ habere oculum ad terrena contingit dupliciter. Vno modo sicut ad mercedem, uel premium, & sic praedicatori non licet habere oculum ad terrena, quia sic faceret Euangelium uanale. Alio modo, sicut ad stipendia pro necessitate sustentationis uitae, & sic licet habere praedicatori oculum ad terrena, unde i. ad Tim. 5. super illud. Qui bene praesunt presbyteri &c. dicit gl. Aug. Necessitatis est accipere unde uiuitur, charitatis est praebere: non tamen uanale est euangelium pro his. Si enim sic uendunt magnā rem, uili uendunt. accipiant ergo sustentationem necessitatis a populo, mercedem dispensationis a Domino.

Et per hoc patet responsio ad obiecta.

**QV AESTIO VII.**

**DE** INDE quaesitum fuit de penis peccatorum.

**¶** Et primo, De ipsis penis.

**¶** Secundo, De remissione peccatorum.

Quodlib. S. Tho. B 3 ¶ Cir.

eren  
liref.  
lire.  
pa  
is, ut  
ualit  
nrib.  
non  
funt  
pēta  
ibus  
zala  
ntze  
nem  
mo  
nonē.  
gno,  
gi in  
tiam  
āmi  
mus.  
Apo  
ostre  
De  
sed  
iuste  
iūri  
ad di  
onita  
zar,  
holus  
ad q̄  
atam  
s. ebe  
idō vē  
endū  
r. & em  
em pōt  
iū em  
form  
lectū  
m ph  
bono  
ontarū  
cientā  
ciū lesū  
de uito.  
quod ad  
ri illud,  
si autem  
ur dice  
et ad bo  
ficut ad  
ua bona  
d aliquid  
tinet

¶ Circa primum quesita sunt duo.  
¶ Primo, Vtrum anima separata possit pati ab igne corporeo.  
¶ Secundo, Vtrum duorum qui eadem pena sunt digni, unus diutius moretur in purgatorio q̄ alius.

ARTICVLVS XIII.

Vtrum anima separata possit pati ab igne corporeo.

arti. 6. & 4.  
di. 44. q. 3. ar.  
1. 3. d. 3. o. &  
2. 2. ar. 2. o.

**A**D PRIMVM sic proceditur. Videtur, q̄ anima a corpore separata nō possit pati ab igne corporeo, quia secundum Philosophum, quod nō tangit, non agit: sed ignis corporeus non tangit animam separatam a corpore, cū non hēat terminos corporales: q̄ autē se tangunt, habent ultima simul. ergo anima separata nō patitur ab igne corporeo.  
¶ Præter illa quæ patiuntur adinuicem, inuicem cōuerti possunt: sed anima non potest conuerti in ignem corporeum, nec e conuerso. ergo anima nō potest pati ab igne corporeo.  
¶ Præter. Ber. dicit, q̄ nihil ardet in inferno, nisi propria uoluntas: sed propria uoluntas, cum sit quoddam spirituale, non potest esse materia ignis corporealis. ergo anima a corpore separata non potest ab igne corporeo pati.

**S**ED CONTRA est, quod dicitur Isa. ult. Ignis eorum non extinguetur.

**R**ESPON. Dicendū, quod pati multipliciter dicitur. Vno modo, pati communiter dictum idem est recipere, s̄m qd sentire & intelligere est quoddam pati, & hoc modo anima coniuncta corpori patitur a rebus corporeis sentiendo & intelligendo: sed anima separata a corpore possit hoc modo a rebus corporeis pati, alterius quæstionis est propter quosdam, qui dicunt q̄ anima separata a corpore, & est angelus potest accipere cognitionem a reb. sensibilibus: sed si est hæc opinio esset vera, tñ pati sentiendo, & intelligendo est perfici, non puniri, nisi forte per accidens, in quantum id quod sentitur, vel intelligitur repugant uoluntati: sed ipsum sentire, vel intelligere secundum se consideratum penale nō est. Alio modo, dicitur pati proprie loquendo, secundum contrarietatem agentis ad patiens, prout si pati dicimur, cum aliquid nobis aduenit, quod est contrarium naturæ, vel uoluntati nostræ, & secundum hoc infirmitas & tristitia passionibus dicuntur. Et hæc quidem passio dupliciter esse potest. Vno modo, per receptionem formæ contrariæ, sicut aqua patitur ab igne quantum calefit, & per consequens diminiuit qualitas naturalis eius: hoc modo separata anima non potest pati ab igne corporeo, quia nec calefieri potest, nec desiccari, nec secundum formam, aut qualitatem quæcumq; ignis corporei immutari. Alio modo, dicitur pati oē illud quod quocumque modo impeditur a suo proprio impetu, vel inclinatione, sicut si dicimus lapidē descendente pati, cum impeditur ne deorsum perueniat: & sicut dicimus hominem pati, cum detinetur, vel ligatur ne vadat quo uult: & ita per modum ligationis cuiusdā anima patitur ab igne corporeo, ut Aug. dicit 2. de ciuit. Dei. Non. n. hoc est cōtra naturam spiritus corpori alligari, cum uideamus animam naturaliter alligari corpori ad uiuificandum ipsum. Demones ē p necromantiā potestate superiorum dæmonum alligant aliquibus imaginibus, vel aliquibus aliis rebus: vñ multo magis possunt spiritus alligari diuina uirtute igne corporeo, nō ut dent uitā, sed ut accipiāt penā, sicut Au. dicit. Sed q̄ est minoris uirtutis

non potest sua uirtute ligare id quod est maioris uirtutis, inde est q̄ nullum corpus potest ligare spiritum qui est maioris uirtutis, nisi aliqua superiori uirtute: & propter hoc dicitur, quod ignis corporeus agit in animam separatā nō uirtute propria, sed in quantum est instrumentum diuine iustitiæ vindicantis.

**A**D PRIMVM ergo dicendum, quod ignis tangit animam, non quidem tactu mathematico, qui attenditur secundum terminos quantitativos, sed magis contractu uirtutis non propriæ, sed quam habet in quantum est instrumentum diuine iustitiæ.

**A**D II. Dicendum, q̄ rō illa procedit de passione quæ est per susceptionem formæ contrariæ.

**A**D III. Dicendum, quod propria uoluntas dicitur ardere in inferno, quia meretur ardorem.

ARTICVLVS XIII.

Vtrum equali pena puniendi in purgatorio, unus citius possit liberari quam alius.

**A**D SECUNDVM sic procedebatur. Vñ, quod duorum qui sunt digni equali pena, vnus nō possit citius a purgatorio liberari quam alius. Iudicium n. post mortem non est hominis, sed Dei, q̄ s̄m ueritatem iudicat, ut dicitur ad Rom. 2. sed contra ueritatem iudicaret, si uni eorum qui sunt digni equali pena, inflingeretur grauior pena sensus q̄ alteri: dilatio autē gloriæ est maior pena, quam accerbitas penæ sensus, quia sicut dicit Chrys. super Mat. carere uisione diuina est maior pena, q̄ quilibet pena sensibilis. ergo vnus eorum q̄ digni sunt equali pena, non maiorem dilationem gloriæ patietur altero citius liberato.

¶ Præter. Malum, secundum Aug. dicitur quia nocet, nocet autem quod adimit bonum: dilatio autē gloriæ adimit maius bonum, s̄ bonum increatum. ergo maius malum, & sic idem quod prius.

**S**ED CONTRA est, quod magister dicit in 4. sent. di. 45. quod ille, pro quo sunt plura suffragia citius a penis purgatorii liberatur. Contingit autē quod pro uno eorum q̄ digni sunt equali pena, nunquam suffragia q̄ pro alio, ergo vnus citius liberabitur.

¶ Præter. In fine mundi inueniuntur aliqui cremabilia quædam habentes, quorum dilatio a gloria non erit tam diuturna, sicut eorum qui modo cremabilia deferunt ad purgatorium, quia breuis mora erit inter mortem & resurrectionem, ut Aug. dicit. ergo pari ratione & nunc eorum qui equalia cremabilia deferunt, vnus potest minus differri a gloria quam alius, & sic erit citius liberatus a penis.

**R**ESPON. Dicendum, q̄ ista quæstio non datur supra uirtutem suffragiorum, vtrum si suffragia facta pro aliquo, ualeant illi solum pro quo sunt ad liberationem, vel etiam aliis. Circa quod aliqui dixerunt, quod non magis ualent illi quam aliis: imo forte magis ualent aliis, si sint melius dispositi ad recipiendum suffragiorum uirtutem: & ponitur exemplum, sicut si accēdatur cereus in domo pro aliquo diuite qui sit cæcus, illuminat omnes in domo existentes, & forte alios magis illuminat si habeant limpidiorem uisum: & secundum hanc opinionem duorum, qui ob æquales culpas in purgatorio detinentur, vnus non potest citius liberari quam alter. Sed hanc opinionem non reputo ueram, cuius ratio est, quia suffragium unius ualeat alteri pp duo. Vno modo, propter uirtutem charitatis, q̄a oēs qui sunt in charitate, sunt quasi vnus corpus: & ita bonum vnus redundat in oēs, sicut manus

manus deseruit toti corpori, & similiter quodlibet corporis membrum, & secundum hoc quodcumque bonum factum ab aliquo, valet cuiuslibet in charitate existenti, secundum illud psalmi. 13. Particeps ego sum omnium timentium te, & custodientium mandata tua. Alio modo, secundum quod per intentionem alicuius actus eius transfertur in alterum, puta, si quis pro altero soluat aliquod debitum, pro eodem habetur ac si ille solueret pro quo soluitur. Primo ergo modo valet opus bonum per modum meriti, cuius radix est charitas: sed secundo modo, opus unius valet alteri per modum satisfactionis, prout unus pro altero satisfacere potest, si hoc intendat, & talis valor attenditur in suffragiis, quae ad hoc fiunt, ut per ea homines liberentur a debito pena. Et ratio dicendum est, quod suffragia per ipsum modum non valent, nisi illis pro quibus fiunt, & secundum hoc si pro aliquo fiunt multa suffragia, citius liberatur a pena purgatorii, quam alii pro quibus non fiunt, etiam si aequalia peccata detulerint. Concedendum tamen est, quod suffragia pro uno facta omnibus valent, in quantum. Homines qui sciunt, gaudent ex charitate de bonis quae ex charitate fiunt, & secundum hoc verum est, quod illis pro quibus non fiunt, plus valet suffragia, si sunt maioris charitatis.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod peccato veniali cum non habeat aeternam a Deo per se loquendo, non debetur pena carnis: sed quod ad tempus retardantur a visione divina, hoc contingit per accidens, quia scilicet quando digni sunt aliqua poena, non possunt participare summam felicitatem, quae in visione consistit. Iustitia autem respicit poenam per se debitam peccato, non autem eam quae per accidens consequitur.

Per hoc patet responsio ad secundum. Tertium concedimus, & quartum similiter. Illi tamen qui in fine mundi vivunt reperientur, parum habebunt de cremabilibus precedentibus tribulationibus purgati. Poterit etiam fieri, ut acerbitas poenae modici temporis, recompenset diuturnitatem poenae in aliis.

QUESTIO VIII.

DEINDE quaesitum fuit de remissione peccatorum.

¶ Et circa hoc quaesita sunt duo.

¶ Primo, Vtrum peccatum in spiritum sanctum sit irremissibile.

¶ Secundo, Vtrum cruce signatus, qui moritur antequam iter arripiat transmarinum, plenam habeat peccatorum remissionem.

ARTICVLVS XV.

Vtrum peccatum in spiritum sanctum sit irremissibile.

AD PRIMUM sic proceditur. Videtur, quod peccatum in spiritum sanctum non sit irremissibile. Una est enim dignitas & maiestas patris & filii & spiritus sancti: sed peccatum in filium non est irremissibile, dicitur enim Matt. 12. Quicumque verbum contra filium hominis dixerit, remittetur ei: ergo peccatum in spiritum sanctum non est irremissibile.

SED CONTRA est, quod ibidem dicitur. Qui dixerit contra spiritum sanctum verbum, non remittetur ei neque in hoc saeculo, neque in futuro.

RESPON. Dicendum, quod de peccato in spiritum sanctum tripliciter aliqui sunt locuti. Doctores enim

ante Aug. intellexerunt peccatum in spiritum sanctum esse blasphemiam dictam contra spiritum sanctum, aut opera eius, vel etiam contra diuinitatem Dei patris, aut filii, quia etiam pater & filius communitate sumendo, spiritus sanctus est, quia Deus spiritus est, ut dicitur Jo. 4. Peccatum autem in filium hominis intelligunt blasphemiam in Christum secundum humanam naturam, & utroque modo peccabant Iudaei in Christum. Primo enim modo contra eum peccabant: miracula quae per spiritum sanctum, & virtute sue diuinitatis faciebat, principi demoniorum attribuendo. Secundo autem modo, contra eum peccabant dicendo. Ecce homo uorax, potator vini, & publicanorum amicus, ut dicitur Matth. 11. Hanc ergo secundam blasphemiam dicit remissibilem, quia habebat aliquam excusationem propter infirmitatem carnis, quam in Christo uidebant.

Aliam uero blasphemiam dicit irremissibilem, quia nullam excusationem habebant uidentes, manifesta iudicia spiritus sancti & diuinitatis. Propter hoc secundum Chrysostomum persequentibus non fuit remissa haec blasphemia neque in hoc saeculo, neque in futuro: quia in hoc saeculo puniti sunt pro ea per Romanos, & in futuro cruciabitur in inferno. Secundum Aug. uero spiritum sanctum, qui est charitas patris & filii, attribuitur remissio peccatorum. Ille ergo contra spiritum sanctum peccat, uel blasphematur, uel uerbum dicit corde, ore, aut opere, qui hoc agit per impenitentiam usque ad finem uitae suae: ut non fiat ei remissio peccatorum, & tunc planum est, quod hoc peccatum in spiritum sanctum non remittitur neque in hoc saeculo, neque in futuro. Doctores uero moderni dixerunt, quod quia patri attribuitur potentia, filio sapientia, spiritui sancto bonitas, peccatum ex infirmitate est peccatum in patrem, peccatum ex ignorantia est peccatum in filium, peccatum ex certa malitia est peccatum in spiritum sanctum. Quia ergo ignorantia, uel infirmitas excusat peccatum uel in toto, uel in parte, dicunt quod peccatum in patrem, uel in filium remittitur, quia uel totaliter culpa caret, uel culpa diminitur. Malitia uero non excusat peccatum, sed aggravat, & ideo peccatum in spiritum sanctum non remittitur neque in toto, neque in parte, quia non habet in se aliquam rationem ueniae, per quam diminuat culpa, & si aliqua remittatur, hoc magis est ex misericordia Dei remittentis, qui etiam morbos incurabiles curat, quae ex remissibilitate peccati.

Et per hoc patet solutio ad obiecta.

ARTICVLVS XVI.  
Vtrum cruce signatus mouens ante susceptum iter, habeat plenariam indulgentiam peccatorum.

AD SECUNDUM sic procedit. Vtrum cruce signatus qui moritur antequam iter arripiat, habeat plenam indulgentiam peccatorum. Ad hoc enim quod indulgentia alicui valeat, requiritur quod sit uere poenitens & confessus ut continetur in littera papali: sed cruce signatus decedens ante iter assumptum, habet haec omnia quae requiruntur secundum formam litterae ad percipiendam plenam indulgentiam peccatorum, ergo plene percipit eam.

¶ Praeterea. Solus Deus remittit peccatum quantum ad culpam cum ergo Papa dat indulgentiam omnium peccatorum, hoc non est referendum ad culpam, sed ad inuicem panarum. Ille ergo qui accipit crucem secundum formam litterae papalis, nullam poenam patietur pro suis peccatis, & sic statim euolabit, plenam remissionem peccatorum consecutus.

SED CONTRA. Aug. dicit in 15. de Trinitate. quod non est idem abstrahere telum, & sanare uulnus. Telum enim peccati abstrahitur per remissionem peccati, uulnus Quodlibet. S. Tho. B 4 autem